Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35260
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Ultimum quod subdunc est valde horribile sc. Multi enim sunt vocati pauci electi quia ut dicit Augustinus ad fidem plures veniunt ad celestem regnum paucis perveniunt. Sic vere omnis fidelis quod clamat p non omnis vita clamat clericis denuo verbis sancti moralis fugiunt hunc ad Jeremias paulus dicit qui confitentur se nosse deum factis autem negant. Et Jacobus ait fides sine operibus mortua est. Et sic Mt. 7° dicit Non omnis qui dicit mihi domine domine introibit in regnum celorum.

In illo tempore Cum turba plurima quemcumque de civitatibus properarent ad ihm dixit per similitudinem Exiit qui seminat seminare semen suum. Dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est volucres cili comederunt illud. Et aliud cecidit super petram. Et natum arcuit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. Simul exorte spine suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. Et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat cui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quid esset hec parabola. Quibus ille dixit Vobis datum est nosse mysterium regni dei ceteris autem in parabolis ut videntes non videant. Audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam hi sunt qui audiunt deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum ne credentes salvi fiant. Illi autem super petram qui cum audierint cum gaudio verbum suscipiunt et hi radices non habent quia ad tempus credunt in tempore tentationis recedunt. Et quod autem in spinis cecidit hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur et non referunt fructum. Et quod autem in bonam terram cecidit hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum dei retinent et fructum afferunt in patientia.

Cum turba plurima quemcumque et de civitatibus properarent ad ihm dixit per similitudinem Exiit qui seminat seminare semen suum. Et per seminatorem illum dedicavit intelligere dei filium ihm quod qui exiit non localiter ubique enim est sed per amictum assumptionem carnis venit ad nos ut dicit. Ipse seminator postea parabolarum plures evangelii proposuit dicit